

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput 6tum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)





judinis, quidquid decoris, quidquid amabi-  
litatis, quidquid excellentiae, quidquid per-  
fectionis, quidquid bonitatis excogitari po-  
test, necdum essent verè et perfectè boni, quia  
eorum bonitas adhuc esset finita; in te  
autem Domine Deus nihil est finitum  
nihil limitatum, Sed omnia sunt summa,  
infinita, immensa, sine numero et mensura.

Jam dimittam adversum me eloquium meum,  
loquar in amaritudine animae meae, quod hae-  
tenus non amarim te. At quid volo præter  
te, quid quero extra te, cum in immensum  
omnia vera ac solida bona inveniam in te,  
Deus meus et omnia!

2. Bonus es Domine Deus, bonus es sine qua-  
litate, <sup>quia tu es ipsa bonitas</sup> ~~et ideo verè bonus~~, illud enim est sum-  
mum et infinitum, <sup>in</sup> bonitate, cui prorsus ni-  
hil deest perfectionis in ratione boni, Deo  
autem nihil deest, ut sit summè et infinitè  
bonus: non amoenitas, non jucunditas, non  
~~delectatio~~ <sup>suavitudo</sup> ~~non beatitudo~~, non ~~sublimitas~~  
non voluptas, non ~~divitia~~ <sup>haec omnia</sup>, non ~~delicia~~ <sup>aut id genus alia.</sup>  
omnia hæc ei desunt; cum enim ea in creaturis  
veluti disseminata intueamur, necesse est, ut  
in ipso, a quo cuncta hæc tanquam à fonte di-  
mant longè excellentiori modo contineantur.  
O Necessarium bonum, à quo solo cuncta sunt



bona, et sine quo sunt omnia mala, cur non  
semper adhæreo tibi, quid ambro extra te, cum  
in te sint omnia, quæ potest desiderare anima  
mea. Amo te igitur Deus meus, ah amem te  
validius, ut amando te fiam beatus.

3. Domine Deus mihi sæpius complacere  
in creaturis; quia invenio in eis quandam  
dulcedinem, quandam pulchritudinem, quam-  
dam amoenitatem, quandam voluptatem,  
quandam bonitatem. In te autem non est  
quædam sed omnis, perfecta et summa dulcedo,  
omnis, perfecta et summa pulchritudo, omnis,  
perfecta et summa amoenitas, omnis, per-  
fecta et summa voluptas, omnis, perfecta,  
et summa bonitas. Et tamen mentem meam  
nequum delectat amare te, nequum compla-  
cet anima mea unice diligere te. Ah quæ  
me dementia tenet? quantis mentis obvol-  
vor tenebris? Domine Deus illumina tenebras  
meas; illustra faciem tuam super servum  
tuum. O lumen, quod semper lucet, et  
nunquam obfuscaris, illuceſce mihi ut vi-  
deam voluptatem tuam, et gustem, quæ suavis  
sit dominus his, qui recto sunt corde, seq. solū  
verū, unicū, ac summū bonū meū sem-  
per super omnia diligam.